Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Quesumus domine ut hanc oblationem famulorum famularumque tuarum ad honorem nominis tui dignanter benedicere et in sanctorum tuorum ascribere dignare memoriis quorum hodie festa celebramus. Per dominum nostrum ihesum xpm filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde

Ecclesie tue quesumus domine preces placatus et hostias pacificatus adunare et regere dignaris toto orbe terrarum. Una cum famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro N. Memento etiam domine famulorum famularumque tuarum N. Et omnium circumastantium quorum tibi fides cognita est et nota devotio. qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus. pro redemptione animarum suarum. p

custodi

Et rege nos. et omnibus ecclesiis atque apostolice et catholice fidei cultoribus

Clementissime pater per ihm xpm filium tuum dnm nostrum supplices rogamus et petimus. uti accepta habeas et benedicas hec dona hec munera. hec sancta sacrificia illibata. In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta